



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

61. In eodem Festo, unica. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Matth. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

quam ad ætatem adultam pertigerint, ex hac vita excedere, & velut flores & fructus immaturos & præcoces adhuc in ortu suo ex hac sæculi arbore excidere.

Vos igitur Parentes considerate, quos proles præmissis in cælum, licet præmatura morte (ut vobis videbatur) extinctos. Illos in auxilium vocate, non despiciet vocem Matrum, quæ tor labores & gemitus, imò tor cruciatus pro ipsis perulerunt, sive mox ab utero, sive in ipso utero & partu. Illis ergo vos illud dicite: Omnes sancti innocentes, orate pro nobis. Et illud in Litanis agonizantium apud nos in Parochiali Leodiensi scriptum: Omnes sancti iustis, orate pro nobis.

Sed ad eorum mansionem pulsemus & nos, ut interveniant pro nobis ad gratiam obtinendam pro conservandâ gratiâ baptismali, & candida veste, nobis tunc tradita in symbolum puritatis acceptæ. Felix qui eam conservare potuerit, nam si eam vestem cruentaverimus peccatis & operibus malis, verendum ne flammis tradatur vindicibus, dicente Isaiâ: Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & citus ignis. Quod si eam in pulvere & luto huius sæculi quandoque conspurcaverimus, adhuc tamen per baptismum penitentiam possumus eluere, ut immaculatam tandem perferamus ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, & hoc ipsum nobis possumus impetrare. Inclamemus igitur confidente voce: Omnes sancti innocentes, orate pro nobis.

Isa. 9.

Conclusio.

Concludamus, & sparsim vota intelligentes, junctim omnia in cælum dirigamus, & dicamus: Omnes sancti & sancta Dei, intercedite pro nobis. O sancti Patriarchæ & Prophetæ, impetrate nobis fidem firmam & spem vivam, quibus velut duobus animâ pedibus ambulare valeamus per huius vitæ fluctus cum securitate. O Apostoli & Discipuli Domini, impetrate nobis veram sapientiam, ardentemque zelum & charitatem, per quam Domini jugiter queramus gloriam & animarum salutem. O beati Martyres, impetrate nobis firmam constantiam, & stabile propositum, quoniam in Domino confirmemur, ut nunquam peccati mortalis reatam incurramus, nunquam ab ejus gratia excidamus. O sancti Confessores Domini, orate pro nobis, & impetrate veram humilitatem & mansuetudinem, veram patientiam & temperantiam, veramque penitentiam, ut his insistentes vestigiis vestris, ad civitatem cælestem, & consortium vestrum tandem perringamus. O beatae Virgines, intercedite pro nobis, ut in puritate cordis, & castitate corporis, possumus Domino perfectè servire, & quia purus spiritus est, auxilium nobis impetrate, ut possumus eum adorare in spiritu & veritate. O sancti innocentes, & beati Infantes, intercedite pro nobis, ut vestrum innocentiæ, quam maculavimus pulvere sæculi & operibus mortuis, eluere valeamus, & illam tandem immaculatam reddere. Jesu

Christo, vobiscumque & cum omnibus sanctis illum Sanctum & omnis sanctitatis Auctorem in sæcula sæculorum collaudate.

DE EODEM FESTO.

Lect. 62.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum caelorum. Matth. 5.

Homines huius sæculi quandam beatitudinem constituent in rebus huius sæculi, opibus honoribus, voluptate, prosperitate. Hoc & beatitudinem experientia & agnovit jam olim Propheeta: Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Quæ nam illa? Quorum filii sicut novellæ plantationes, fillæ circumornatæ, promptuarîa plena, oves fertiles, boves crassæ: quibus nulla adversitas, nulla ruina, nullus timor, sed securitas & copia omnis in domo & civitate. Interim ut tollat de felicitate & beatitudine erroneam illam opinionem e cordibus Filiorum Dei, dicit hanc esse beatitudinem Filiorum alienorum; quorum os locutus est vanitatem, quia & illorum vanitati cor adhæsit. Nempe hæc est felicitas, quæ ad sinistram pertinet, ut interpretatur S. Augustinus, hoc est, temporalis, mortalis, corporalis; quam etiam possidere possunt qui alieni sunt à Deo, alieni à regno, alieni à veritate, alieni à veris bonis & vera felicitate. Addicigitur, ut veram vitæ etiam huius felicitatem & beatitudinem ostendat: Beatus populus cuius Dominus Deus ejus, sive in egestate sit aut copia, sive agant in honore aut ignominia, sive in adversitate sit aut prosperitate, sive in sanitate aut aegritudine. Hoc enim pro felicitate & beatitudine computat, quod seiat ad Dominum spectare, Dominumque sui sollicitudinem gerere; tandemque speret eum perfectè possidere, & in illo tamquam summo suo bono quiescere: reliqua tamquam à latere respiciat vel despiciat.

Propterea etiam idem Rex & Propheeta alibi in clamat: Filii hominum usquequo gravis corde, ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Quasi dicat: Verè vos filios hominum esse ostenditis, & terrigenas, corde semper ad terram & terrenam depresso; si enim filios Dei vos agnosceretis, & filios regni, illuc oculos & corrigeretis, despectis que terrenis & vanis, ad cœlestia & vera bona attenderetis. Certè dum caduca hæc bona adamatis & queritis, mendacium queritis, sunt enim illa mendacio plena & inania mentitur vobis voluptas carnalis, non est voluptas, angor est & dolor, si bene inspicitis: Habes hoc voluptas omnis, stimula agit fruentes, apumque par volantium, ubi: grana mella sudat, fugit, & nimis tenaci servis, ista corda morsu. Boet. l. 3. de consol. metro 7.

Mentitur vobis copiarum & opes, non vestre copia, nec vere sanctorum, quæ nec animam saluat, nec stabiles sunt. Mentitur vobis honor: si bene attenditis, non honores, sed bonus, & quandoque vultur in ludibrium privatus vos, & in honore



& gloria. Denique, mentitur vobis mundus, & vos fallit, sua dum illectamenta proponit, & vos inleceat pasciturque vanitate. Mentitur vobis & vita, dum longam se fore promittit, quae momento ut tela à recente succiditur, & spes omnes vestras abrum- pit. Nolite ergo his cor apponere, nolite felicitatem in istis constituisse, nolite dicere: *Beatus populus, cui haec sunt*, sed beatum dicite populum, *cujus Dominus Deus est.*

estimatione facit nobis preciosam, quandoquidem per illam tamquam gemmam & precium emittit regnum, omnia lupcrans precium terrenum.

Equidem beati pauperes sua si bona noxint, opes si suas agnoscant.

1. Quia similes sunt Christo, qui pauper non habuit ubi caput reclinaret; & cum in caelis non inveniretur pauperas, venit enim ad mans sibi despon- faturus in terris.

2. Quia carent multis peccandi occasionebus, quibus leatent divites, superbiae, gulae, otii, luxuriae. Quid divitis abundant, abundare solent & vitis; multosque salvaster egestas, quos divitiae per- diderunt.

3. Quia minorem reddent rationem in die judi- cii, (nam pauciora eis concedita sunt) dum divi- tes dispensatores strictius exigentur. Liberior quo- que & fidentius spiritualia à Domino bona polcere videntur, ut fiat divites in fide, quibus opes negan- tur externa.

4. Quia magna eis suggeritur seges virtutum humilitatis, patientiae, resignationis, & alia- rum cum paupertate agnationem quandam habentium.

5. Quia in mortis agone sectiores abscedent, cogitantes se cum epulone non accepisse bona, sed cum Lazaro mala; ideoque tunc in compen- sam aeterna bona expectabunt magna cum fidu- cia. Nec violenter a vellentur ex hac vita, sicut so- let divitibus contingere, qui nimio amore ei ad- haerent.

Hæc autem intelligenda sunt de his qui paupe- res sunt, non necessitate miserabili, sed voluntate lau- dabili, ut loquitur S. Bernardus serm. 1. de omnibus sanctis, qui in paupertate sua non solum patientes agunt, sed etiam de illa Domino gratias agunt, ac in timore Dei vivunt, nec mandata Dei violant, fur- tis, mendaciis, fraude, impudicitia, sicut solent mul- ti pauperes. Hos nimirum vocat Dominus pauperes spiritu, hos dicit beatos horum affecti, esse regnum caelorum. Horum etiam numero adscribe eos, qui inter opes agunt, nec eis cor, apponunt non inflan- tur, non in luxu materiam vertunt, sed in ipso saeculo saeculum calcant, & saecularia bona contemnunt, apteque illa dispensare norunt; Hi enim verè pau- peres sunt spiritu dum radicem omnium malorum concupiscentiam in se suffocant, vel evellunt.

Adverte porò; quod Dominus dicit in praesen- ti: *Ipsum est regnum caelorum.* Quod interpretans Guericus Abbas, sic subjungit: *Non dicit ipsum erit, sed est; non solum propter sui firmissimum, sed etiam propter usum felicissimum.* Non solum par- iam in possessionem quandam ipsius coeperunt intro- duci, jam habentes thesaurum in vasis fictilibus, jam portantes Deum in cordibus suis & corilibus. Hoc etiam advertit S. Bernardus, dum ser. 4. de Adventu Domini, sic hac de re loquitur: *Magna quadam penna est paupertatis qua tam cito volatur in caelo- rum*

Isa. 30.

Baruch. 3.

Baruch. 4.

I. Beati- tudo.

Beati pauperes spiritus, quoniam ipsorum est Regnum Caelorum.

Quis credidisset in paupertate beatitudinem ali- quam sitam esse, cum nihil magis fugiant, hor- reantque homines? Ad eam enim fugiendam vel fugandam, & petragatur orbis, & sulcantur maria, & perfoditur terra, & vexantur animalia, & fati- gantur elementa. Quocirca S. Ambrosius de Elia c. 19. illud Isaiæ cap. 23. *Erubescit Sidon, ait mare*, sic interpretatur: *Fatigati elementi hac vox est, Erube- sce Sidon: hoc est, meos finitimus negociator arguit, cum sit ipse inquietior, erubescit velut pudore, quoniam pe- riculo non moveret. Verecundiores venti sunt, quam vestra cupiditates; illi habent oia sua, numquid ves- tra querendi studia feriantur? Et eam otiosa tempe- stas est, nunquam otiosa sunt vestra navigia. Interim coelestis Doctor noster à paupertate beatitudinis verè doctrinam confect auspicandam, eamque sua*

Voluntate laudabili pauperes, beati sunt ob s. cano. 1.

2.

3.

4.

5.

Qui sim

pauperu

spiritu.

11.1.

Luc. 16.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

11.1.

nam regnum. Nam in alijs virtutibus que sequuntur, promissa futuro tempore indicantur, pauperum non tam promittitur quam datur. Unde et in presentis tempore annuntiatum est: quoniam ipsorum est regnum colorum cum in alio dicatur: Consolabuntur, hereditabunt, et similia ita & S. Bern.

Adverte ulterius, plerisque ex SS. Patribus Augusti. Hilar. Hieron. Chrysost. per pauperes spiritum intelligere humiles & timentes Deum, scilicet non habentes inflantem spiritum, sed humiliarum & contritum. Et hi certe merito beati dicuntur, & ipsorum asseritur esse regnum colorum. Si enim superbiens Angelus dejectus est, quia presumpsit & altitudinem concepit: Beatus est qui in humilitate sese Deo subicit, & ad illum spectat regni colorum, & quo superbiens Deus exterminavit. *Excelsa est patria, sed humilis via.* Beati ergo humiles & pauperes corde, terrena despicientes ad celestia desiderium erigentes, ubi eorum & patria est, & thesaurus, & patrimonium, humilitati & pauperati promissum. Si exempla cupis attende in veteri Testamento Iob spiritum pauperem & humilem, attende Eliam, attende & Lazarum, in novo Testamento intueere inter mille S. Alexium, inuere & Franciscum.

Exempli

Iob. 2.

1. O quam beatus Iob, qui in paupertate sua humiliter gratias agit, & dicit: Dominus dedit, Dominus abstulit: sit nomen Domini benedictum! An postea pauperis, an postea humilis fedit, quam in sterquilino caput confectus cinere?

2. O quam beatus Elias, spiritu pauper, sed potentiam habens super celum! De illo sic Chrysost. lib. de consubstantialitate Filii: *O rem mirabilem! Nec vestem, nec panem habet, et celum claudit, quia nihil hic possidet, potentiam habuit, ut innumeris caelo thesauri ad eius vocem laberentur. O sanctorum cui fontes imbrum inueniant! O vocem bonis omnibus securitatem!* *Vivis Dominus si erit his annis ros, aut pluvia, nisi iuxta eris mei verba, ait ipse.*

1. Reg. 17.

3. O quam beatus Lazarus! Inspice illum in paupertate divitem, in humilitate magnum, in vulneribus sanum, sine veste, sed non sine fide, sine domo, sed non sine Domino: sine cibo, sed non sine Christo, expositum canibus, sed socium Angelorum; de micis e mensa divitis cadentibus haud parsicipem, sed celestis panis confortem.

Luz. 16.

4. O quam beatus fuit Alexius! Romanorum licet nobilissimus, deseruit domum paternam, & hereditatem opulentissimam, ut in humilitate & paupertate peregrinus per septemdecim annos sequatur nudus Christum pauperem & nudum. Ac tandem ad domum paternam reversus, ut pauper hospitio exciperetur, per totidem annos delitescens in ruguriolo sub gradibus paternæ ædis. Verè ex humili & angusto illo loco iam perambulabat angusta & sublimia regni colorum habitacula, & illa possidebat.

1. O quam beatus Franciscus, qui plus humilitatem & paupertatem adamavit, quam ullus unquam divitum suas adamavit divitias! Unde & in

sine vita deferri voluit in Ecclesiam S. Marie Angelorum, & in nuda humo deponi, mutuarique sibi petiit regumentum & vestem detritam, in qua posset mori & sepeliri. O pauperem spiritu! Verè ipse iam per foramen mysticæ acus facile resanseant spirituales effecti. Tales expeditos ac tenues quarit Dominus, & beatos dicit.

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. 2. Beati.

Sicut beatitudinis quædam radix est contemptus mundi & rerum mundanarum cum humilitate conjunctus, quem insuavi per paupertatem spiritus diximus: ita proximè illi confederatur mitas & mansuetudo. Ideo secundum beatitudinis gradum Dominus in ea ponit, dum dicit: *Beati mites.* Hi sunt mites, qui dominantur passionibus animi, maxime iræ & perturbationibus ex ea oriundis, qui cedunt improbitatibus & vincunt in bono malo. *Sunt quidam mites,* inquit S. Bernardus ser. 3. de Adventu, *sed quamdiu nobiliori dicitur vel agitur nisi pro eorum arbitrio. Parebit quam longè suis à vera mansuetudine, si levis oritur occasio.* Hac mansuetudo quomodo hereditabit, que ante hereditatem deficit? Verè ergo mansuetus, aliorum iniquitates in inquisitionem redundantes tolleret & prunas ardentes charitatis coegerit super capita eorum, quibus succedantur in cordibus, & sibi temperant à malis. Verè mansuetus, non est turbulatus, nec litigiosus, aut contentiosus, nec iracundus, neminem laedit, lædentem non repercutit: est, volut columba sine felde, aut apis sine aculeo, qui nec illum gerit aut in cauda, aut in ore, aut in corde, qui potius mellis semper præfert suavitatem, ut exasperatorem molliat, & in spiritus suavitatem ad cor reducat.

Uterius, mansuetudo tollendo cordis duritiam & asperitatem, reddit illud aptum divinæ inspirationi & impressioni, doctrinæque sanctæ. Prophetia dicit Psaltes: *Diriget mansuetos in iudicio, et docebit mites vias suas.* Tales enim nihil rebellionis aut asperitatis in corde alunt, quo Domino Deo resistant inspiranti, docenti, ducenti & dirigenti. Imò duatiles sunt instar luti molli in manu figuli, vas in honorem efficiendi à supremo figulo. Verum ergo est illud de mansuetis: *Erunt Theodidadii, sive Ducibus Dei.* Sic & de Moysè scriptum est *In lenitate sanctorum fecit cum Dominus.* De qua etiam dicit Apostolus: *Servum Dei oportet mansuetum esse ad omnes, docilem, patientem.*

Merito ergo hic prononeat Dominus: *Beati mites,* hoc est, benigni & non rebelles, neminem lædentes, sine felle & veneno existentes, patientes, docibiles, Deo aut ejus inspirati omnibus non obfistentes, ductiles in via veritatis & pietatis. *Qui mites et humilia corde, quomodo ad manum dierunt? A se non inveniatur cooperis salutis, qui imitator est Salomonis,* inquit

Quis non ro mansuetudine.

Effectus mansuetudinis.

1. Cor. 6.

Excels. 4. 5. 2. Tim. 2.

inquit S. Bernardus ferm. 49. in Cant. in fine. An non igitur talis est beatus, jam in spe, postmodum in re; jam affectu, postmodum effectu; jam inchoativè, post consummatè?

Exempla mansuetorum. David. Psal. 131.

1. O quam beatus David, Vir secundam cor Dei. Vir à mansuetudine ita collaudatus, ut posteri sic Deum orare doceantur: *Memento Domine David, & omnia mansuetudinis ejus.* Tanta fuit mansuetudinis, ut nec persecutori suo Sauli malum pro malo reddiderit, cum eum in sua haberet potestate, sicq; inimico posset carere. Dedit ergo potius advenitatem & mansuetudinem, & humilitate conatur placare, quem poterat occidere. Regem eum nominat, & se Canem, cum in Deo potentior illo tunc foret. Notum est enim, quomodo Saul intravit speluncam, in qua erat David, & quomodo ei praeciderit David pallii partem in abscondito, denique quomodo cum tunc humiliter & mansuetè allocutus fuerit & placatus, educens lachrymas ab oculis ejus. Davidis enim vocem audiens Saul, ait:

2. Reg. 24.

Numquid vox tua fili mi David? Et levavit vocem, & sivit. Hoc admiratur Chrysolomus, & de hac re sic dicitur: *Non jam sustinuit David hanc vocem audire sine lachrymis, sed ploravit amarior. Quid David beatus, qui brevi temporis momento sic hostem è furore ad sobrietatem convertit, & animum natum sanguini ac cada sumentem repente ad lamenta compulsi? Non perinde mirer Moysen, quod è saxo praecepto fontes sicuti aquarum, ut admiror Davidem, quod ex oculis lapideus fontes educeret lachrymarum. Ille vici naturam, hic vici animi decretum; ille virgà percussit lapidem, hic sermone pepulit cor, ut purum mansuetumque redderet.* Ita Chrysolomus.

Moyfes. Num. 12. Exod. 23.

2. O quam beatus Moyses, de quo divina Scriptura testatur: *Erat Moyses Vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra.* Omnes injurias sibi à populo illatas obliviscatur, orabatque enixè pro ingratis ludæis adeo sibi rebellibus Charitas in sancto ejus pectore ex persecutione ignescibat magis, sicut se acuit & intendit calor, cum à frigore cingitur. Murmurantibus & sibi obreantibus mariâ sore, & Aarone fratre, propter uxorem ejus Ethyopiâ, non respondit; ideoque ejus causam suscepit in se Dominus, & mariam perdidit lepra. Sed & pro illa oravit Dominum, & sanctatem ei impetravit. *O virum mitissimum! O Virum beatum!* Hinc Origines dixit: *Est quaedam familia mitium, cui praesit Moyses; quaedam patientium, cui praesit Iob; quaedam continentium, cui praesit Daniel; & unusquisque in morte congregabitur ad familiam suam, miti cum mitibus, virgo cum virginibus, trucidatus cum trucidatis, luxuriosus cum luxuriosis.* Nam dicitur: *Unusquisque rediet ad familiam primitivam, quia nihil aliud est.* Quod si mansuetudinis exempla recentiora cupis, unus pro mille tibi sit S. Carolus Borromaeus.

Orig. in l. Num.

Levi. 25.

Carolus.

O quam beatus haec beatitudine S. Carolus, cui cum ob reformacionem tot contradiciones & con-

spiraciones Satan objecerit, per magnates, per Ecclesiasticos, per Religiosos, nunquam tamen iram periruisse visus est, aut animi alterationem pati, aut turbida commotione conqueri: sed, cum mansuetudine & tranquillitate omnia ad optatum finem perduxit. Delatus ad eum literis, quibus certior fiebat ab Episcopo de Savona, conspiracionis in se factae & auctorum illius, ne quidem literas referare voluit, sed in ignem eas coram Laore mittens, ei dixit: *Gratias ago Episcopo vestro, nolo autem videre auctorem tam improbae factionis, quia jam misse sacrificium, oblaturus nullum aditum volo malevolentiae aut tentationi.* Idem fecit, cum domellius quidam scripsum publicum ei deferret iniuriis & calumniis personam ejus laesentibus referentem, quod repererat affixum, igni enim tradidit, ne tranquillitatem praepediret. Denique quid beatus ejus mansuetudine, cum selopeto petitus fuit orantem Praecipit enim suis, ne se moverent, sed nec auctorem requirerent, se ei parere potestatis: rogavit quoque Urbis Gubernatorem, ne in reum hunc inquireret. Sic verbo & exemplo inculcabat illud Sapientis: *Fili in mansuetudine persequere operatum, & super gloriam hominum diligeris.*

Sed quid est, quod mites dicantur hic beati, quia possessuri terram? Utrique quia possessuri terram, de qua Propheta: *Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.* Et rursum: *Credo videre bona Domini in terra viventium.* Significatur enim, interprete S. Augustino, nomine terrae, stabilitas & soliditas beatitudinis aeternae, ubi anima per bonum affectum tantquam in loco suo quiescit, sicut corpus in terra, & in de cibo suo alitur sicut corpus è terra; ipsa est requies & vita Sanctorum. Beati ergo mites, quia possidebunt terram illam repromissionis, semini Abraham promissam in saeculo futuro. Terram inquam, non morientium & viatorum, qualis est haec, in qua agunt filii Aede exules & gementes: nec mortuorum, qualis illa de qua Iob: *Terra tenebrosa & aperta caligine mortis, ubi nullus ordo, sed semperternus horror inhabitans:* sed Terram viventium, ubi nihil aliud vita, nullus timor mortis, nulla agritudo, nulla calamitas: Terram viventium, ubi videntur bona Domini. De hac, hoc sensu terram promitti in possessionem, nonnulli ex SS. Patribus autumant, quod hi qui mites sunt, corpus illud quod fuit terrenum, possessuri sint tandem fulgidum & incorruptum, in beatitudine, quae illis erit non solum animae, sed & corporis. Sic enim de hac re loquitur S. Leo: *Terra promissa mitibus caro Sanctorum est, qui felici resurrectione mutabuntur, & immortalitatis gloria vestientur.*

Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

Non omnes lachrymae felices dici possunt aut beatae, cum non omnes ex felici aut beata causa profuant, aut in Deum referantur. Multi enim, teste S. Augustino, in Psalm. 36, sicut factu Beati.

Eccl. 3.

Quam in ram possessori mites. Psal. 140. Psal. 146.

Aug. ser. 1. in mites.

Iob. 10.

S. Leo ser. de em. 33.

3. Beati

Non omnes lugentes beati. Beati.

Babylonico, quia & gaudent gaudio Babylonis. Quia gaudent lucris, & flent damnis: Utrumque de Babylonia est. Eleve debes, sed recordando Sion. Propterea igitur dicunt filii Dei & filii Sion: Super flumina Babylonis illic sedimus, & flevimus, dum recordaremur tui Sion. Flent nonnulli sicut Michas, Eijulabat ipse, dicens: Deus meus iustus, & dicitur, qui tibi est? Sic autem Deus à quibusdam bona temporalia, voluptates, proles, & flent amare, quia his nimio affectu inherebant, & propter illa Deum offendebant; erant ergo eis tanquam idola. (& Diu alieni) a Dei veri obsequio ipsos retardantia. Non hæ lachrymæ felices, sed reprobarum censendæ sunt, quasi imolatæ idolis. Sic & mulieres in templo inventæ sunt lugentes Adonidem, Veneris Amasium. Quibus illi repræsentantur, qui lugent, eo quod voluptates præteritas ultra non inveniunt, mulieres scilicet & viri libidinosi. Quid lugent ipsi nisi Adonidem & hortos ejus, amantitatem prætereuntem? Nam Adonidæ horti pro verbo significant res ad modicum florentes & oblectantes, sed mox evanescentes. Quapropter S. Hieronymus illum Ezechielis locum explians, ait: Nos quoque eos, qui ad seculi bona vel mala contristantur, vel exultant, Mulieres appellamus, molli & effeminato animo; dicimusque eos plangere Adonidem, sive Thammus, ea videlicet, quæ se vobis mundi putantur esse pulcherrima. Duo nobis solent excutere lachrymas, fumus & capæ, adumbrantque hæc duo lachrymas illas, quas profani Deo ingratas profundere solent. Nam qui ob amissum honorem mundanum, vel non ob adeptam dignitatem seculi plorant, hos conferunt fumus ad flentem impellere. Quid enim aliud est ambitiosus honos, quam fumus turbidus, oculis noxius? Illi autem quid sent ob absentiam voluptatam, vel carentiam præteritarum? ab his cepatum succus factidus lachrymas extorquetur. Nec sunt ab similes illis, qui dicebant: Veniunt nobis in mentem cucumeres, porri, capsæ, & alia Egypti. Propter hæc & similia homines hujus sæculi flent, sed infelicitate, nec consolationem reperiunt, quia hic est flentus Babylonis, sive confusionis. Et hi lachrymas abutuntur, quia teste S. Chrysostomo, non nisi ad hoc datur sunt homini, ut illis peccata eluantur, & damna spiritalia desinantur. Nam per lachrymas non recuperatur damnatum temporale quod incurrimus, puta nec vota parentis aut proles, nec dispendium honoris, nec factura pecuniæ; lachrymis tamen vitam gratiæ recuperamus, damna reparamus animæ, peccatorum eluimus, & dona cœlestia adipiscimur.

Judic. 18.

Brach. 8.

Duo res lachrymas excutunt.

Num. 11.

Pii de causis lugent.

aliena, quæ per compassionem in se transferunt. Dolent enim perire animas sanguine Christi redemptas, sicque super miseria & cæcitate mundi clausis oculis ad ignem & perniciem æternam currentis lugent, suisque apud Deum lachrymis instant pro eorum conversione, quam & quandoque impetrant. Tertia est, ob elongationem suam à Domino: in valle enim lachrymarum & in exilii loco degentes, non in terram volunt inaniter suas proficere lachrymas, sed in cœlum ascendere; ad locum enim illam pacis & securitatis, omnia eorum vota & suspiria dirigitur. Vide de his suspiriis d. Dom. 3. post Pasch.

Beati igitur qui has ob causas lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beata lachrymæ, quæ peccati sunt diluivium, & acceptabile coram Deo sacrificium. Beata lachrymæ, quæ ex zelo honoris Dei & charitatis proximi promanant, suntque mundi quoddam piamentum. Beata lachrymæ, quæ procedunt ob recordationem Sion, & velut in gemas conversæ, cœlestem coronam conficiunt, tandem imponendam capiti generitium. Felix anima, quæ flens malorum suorum reminiscitur, considerans ubi fuit. Aut quæ lugens recordatur iudiciorum Dei, considerans ubi erit. Aut quæ plangit mala vitæ præsentis, considerans ubi sit. Aut quæ lamentans contempletur bona superna patriæ, considerans ubi non sit. Hæc sunt lachrymæ pretiosæ, quæ absterget benignissima manus Redemptoris.

1. O quam beatus hac beatitudine Rex & Propheta triplici jam dicta de causa fateatur se crebro lachrymis immaduisse. Ob peccata propria dicit: *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis fratrum meum rigabo.* Vel, ut alia lectio habet: *Naturæ faciam in lachrymis lectum & cubile meum.* Et rursum alibi: *Deus vitam meam annuntiavit tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.* Ergo post luctum consolationem à Domino accepit hic promissam. Ob peccata quoque aliena dicit Dominus: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam, inimici scilicet tui, quos vidi prævaricantes & tæbesceram, nec fideis oculis intueri poteram.* Denique, ob cœlestem patriam sæpè flevit. Quid enim sibi vult aliud quando pronuntiat: *Sititit anima mea ad Deum fontem vivum, quando ventiam & apparebo ante faciem Dei mei fuerunt mihi lachrymæ panes die ac nocte.* Sic Ezechias Rex hæc beatitudine donatus plorat in lectulo suo, & convertit faciem lachrymis immadentem ad patriam. At statim consolationem accepit post lamentabile suum canticum. Quare ad eum missus est Haia à Domino: *Vade, dic Ezechia: Vidi lachrymas tuas, & audiivi orationem tuam. Hæc ex veteri testamento exempla sunt; in novo autem innumera suppetunt. Audi pauca.*

2. O quam beatus hæc beatitudine S. Augustinus, qui de sua agens conversione, ait: *Ubi à fundo areano alia consideratio contraxit & congestis votam*

Exempla per lugentiam.

psal. 6.

psal. 55.

psal. 118.

psal. 42.

psal. 38.



1 id. 2. conf. c. 12.

miseriam meam in conspectum cordis mei, oborta est procella ingens, ferens ingentem imbrem lachrymarum. Et sedens, nemibi esset. A lipii onerosa presentia fravime sub quadam fici arbore, & proruperunt flumina oculorum meorum acceptabile sacrificium tuum, Domine. Sed qui propter peccata sua prius flevit, quod est irriguum animæ inferius, postmodum propter amorem celestis patriæ suaviter flebat, quod est irriguum animæ superius. Hoc enim duplex donum, quasi duplicem beatitudinem, postulabat à Domino exire in Meditatio. c. 36. sic eum alloquens: *Da mihi Domine irriguum superius, & irriguum inferius.* Hanc gratiam præstitit propter te, & propter nomen tuum, ut quoties de te cogito, de te loquor, de te scribo, de te lego, quoties tibi assisto, laudes præces, sacrificium offero, toties eboris lachrymis in conspectu tuo copiose & dulciter fleam; ita ut efficiantur mihi lachrymæ meæ panes dñi ac nocte. Rogate, bone Jesu per omnes miserationes tuas quibus nobis perditus mirabiliter subvenire dignatus es, da mihi gratiam lachrymarum quam multum desideras anima mea. Quia sine dono non possum habere eam; sed per Spiritum S. tuum, qui dura corda molis, & ad fletum compungit. Quam felix anima, quæ instar horri amœni fontem habet & rorem quo irrigetur! Aquis lachrymarum irrigatæ plantæ horri hujus (humilitas scilicet & patientia, charitas, & virtutes reliquæ) non solum fovetur ut vireant, sed etiam incrementum accipiunt, ut fructificent copiose.

S. Bonav. c. 5. vita.

3. O quam beatus quoque hæc beatitudine Franciscus, qui licet mirabilem cordis puritatem esset adeptus, non cessabat lachrymis oculos rigare eum periculo cæcitatæ. Cum ex continuo fletu infirmitatem oculorum gravissimam incurrisset, suadenti medico ut à lachrymis abstineret, si periculum cæcitatæ evadere vellet, respondit: *Ob amorem luminis cum multis communis non est repellenda vitæ aeterna lachrymodicum; quia non spiritus propter carnem, sed caro propter spiritum beneficium lachrymæ accepit.* Malebat corporale lumen amittere, quam lachrymas, quibus oculus mundatur interior, ut Deum videat, repressa devotione spiritus impedire: & quia quotidie aliquas contrahimus sordes, ideo dicebat eos, qui perfectioni vitæ intendunt, quotidianis debere se lachrymarum emundare fluentis. Sic & ei suppar S. Dominicus, qui se totum saluti proximi & lucrandis animabus impendebat, peccata hominum & afflictorum miserias contemplant, astuabat animo intrinsecus, & fletus largissimè, latentem affectum commiserationis per lachrymas prodebat foris. Hanc enim excellentissimam charitatis gratiam specialiter à Deo habebat flendi pro peccatoribus, & condolendi omnibus afflictis.

S. Hieron. in vita 4.

4. O quam beatus etiam hæc beatitudine Antonius, Heraclitus Christianus! Hic causam interrogatus lachrymarum, respondit: *Quando me mini se lau fuisse reprobum è ventre matris, & suam è societate Christi perisse: Salvatorem quoque de-*

ere arctam ad calum viam: & me ignorare quid continget anima mea, non possum à lachrymis temperare. Non possum non ad locum securitatis gementis & fletu suspirare.

5. O quam beata hæc quoque beatitudine S. Lutgardis, quæ à Deo electa fuit, ut assumeret lamentam pro peccatoribus. Unde quatuordecim annis jejunio & fletu ita se pro illis afflixit, ut facie quotidie rigatâ velut fontem lachrymarum deduceret. Apparuit verò ei Christus quinquentio ante mortem, gratulans quòd miserorum causam tam diu fideliter gessisset; & illâ manu quam servus pro peccatoribus in cruce extendit lachrymas à 16. Junii facie ejus terit, dicens: *Volo te ab his lamentis jam absolvi, nec deinceps lachrymas confici; sed placido corde fervore in oratione persistere.* Hoc ergo apprimè conveniebat ei: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.*

6. O quam beata mater S. Augustini S. Monica quæ post diuturnum pro filio fletum, eò quòd l. Conf. hæresi implicatus esset Manichæi, tandem consolationem accepit, dum ei dictum est: *Non potest perire tantarum filius lachrymarum.* Quod postmodum effectu adimpletum vidit maximo cordis gaudio.

Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam quoniam ipsi saturabuntur.

Hæc est quarta beatitudo, quam ut explicemus, 4. Beatitudo. Hominis variis interpretationibus dicitur hic modo. Illos vocari beatos, qui vehementer desiderium habent gratiæ divinæ, quæ hominem justificat, sive qui summopere optant servitæ Deo in justitia & sanctitate secundum status sui vocationem. Nominè justitiæ gratia Dei justificans & virtus omnis ad justitiam perduens sæpè significat factis in litteris. Hinc infra dicitur: *Beati, qui propter justitiam persecutionem patiuntur;* ubi etiam justitia sumitur pro omni virtute. Vult autem Dominus, ut gratiam suam, virtutes, & dona expectamus non leviter, sed cum ardore & magna cupiditate: sicut qui esurit & sitit, vehementer porum appetit & cibum, & illum omni quærit conatu. Imò securarum & pecuniam esuriunt & sitiunt avari, & ad opes congregandas omnem laborem, omneque studium suum conferunt: sic & Christiani negotiatores divinam gratiam appetere debent & quærere, ut in virtute possint & perfectione status sui proficere. O felix sitis! O felix fames! Ex illo desiderio, quando hominem Christianum reddit famelicum & sitibundum, omnis profectus dependet. Nec possunt fraudari suo desiderio, sed tandem illud compleretur, & à Deo obtineat quod se appetunt qui tamquam cervi desiderant ad fontem aquarum. Illud desiderium ardens perfectionis, jam est initium perfectionis, dicente Sapiente: *Initium illius verissimæ est disciplina concupiscentia.* Verum enim cordialeque desiderium, licet est quo per-

Qui intus sitit esuriunt & sitiunt justitiam.

Sap. 6.

ycsl

venit ad veram sapientiam & perfectionem, hoc est, ad noticiam & amorem Dei, in quo consistit tota nostra perfectio. Qui desiderio vivaci accensus est in corde, non eget stimulo excitante; secum ipse gerit stimulum illum continud excitantem ad affectionem veræ sapientie & justitie, salutisque æternæ. Quicumque ergo habet desiderium istud vehementem, proficit: qui illo caret, deficit. Quicumque etiam desiderio caretent moner, non proficit, sed ferè in vanum laborat. Ille spinas putat, omniaque difficillima sibi arbitrat; cum è contrario is qui ardentè fertur desiderio & affectu, rosas inveniat, & suavi faciliq; omnia. Quam felix igitur, qui hoc desiderium fovet! Immo qui desiderii hujus desiderium habet, beatitudinis quandam participationem inchoat, si possit dicere cum Psalmista: *Cupiscit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore.*

Psal. 118.

Qui plene.

Apo. 2.2.

Philip. 3.

Qui plenissimè.

Ecc. 2.4.

Psal. 16.

novumque desiderium videndi Deum, & illo fruendi: quasi enim prima esset hora quæ Dei visionem gustarent Beati, novum semper illius saporem experiuntur. Propterea de illis dicitur: *Cantabant canticum novum*, quia scilicet lætitiæ lætitiæ succedit, quasi semper nova, novum manna, novus illic gustus, novus sapor, qui animum innovat & rapit in admirationem novam, ita ut possint dicere jugiter cum Israelitis, *Manna? O bone Deus! O quid est hoc quid est hoc?*

Apo. 14.

Sic clucescit quàm verum sit illud S. Gregorii hom. 36. in Evang. *Hæc distare inter delicias corporis & cordis solet, quod corporales delicia cum non habentur, grave in se desiderium accendunt, cum vero habitu edantur, comedentem proinus in fastidium satiætatem vertunt. At è contra spirituales delicia, cum non habentur, in fastidio sunt; cum vero habentur, in desiderio: tantoque à comedente amplius esuriuntur, quanto è ab esuriente amplius comeduntur. Qui ergo eluciant & sitiunt justitiam, satiabuntur, quia eorum desiderio satisfaciet: nam *sitiens dabo de fonte vite*, ait Dominus; & nihilominus, adepta justitia semper majore ferentur desiderio augendæ justitiæ & gratiæ, donec illa consummetur in æternitate. Quia, teste S. Bernardo. ep. 233. *Justus numquam dicit, satius est, semper esuri sitique justitiam, ita ut si semper viveret, semper quantum in se est justior esse contenderet. Sempernam itaque justis esuries sempernam moretur refectioem.* Ita S. Bernardus.*

Apo. 2.1.

Concludamus igitur, rursusque repetamus: *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam.* Beati qui magnopere desiderant esse iusti coram Deo, & proficere in status sui perfectione. Hi sitiunt gratiam, quia sciunt illam esse aquam vitæ, fontem salientem in vitam æternam. Hi norunt quid & quale sit illud donum Dei, quid amor Dei, quid donum gratiæ sanctificantis, quanti æstimandum sit, quid spiritus sancti charismata, quid sapientiæ cœlesti inhærere tamquam fonti. Abhorreat verò aquas putidas mundi, aquas turbidas Ægypti, cisternas dissipatas, aquas amaras Mara, quia sciunt quàm malum & amarum sit reliquisse Dominum Deum suum, & non esse timorem ejus apud se, attende id ex nonnullis exemplis.

Jerem. 2.

Exempla

Justitiam

sitiuntium.

Joan. 4.

1. O quàm beata fuit Samaritana, postquam intellexit quid esset donum Dei, postquam intellexit illud Domini: *O mulier, si scires, donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan potuisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.* O quàm felix & beata, dum dixit *Domine da mihi hanc aquam.* Intellexit enim postmodum quid esset illa aqua, & quam malum & amarum ei fuisset incubare lacunis fœdæ voluptatis, relicto Deo suo, fonte aque vitæ. Quapropter relicta aqua putei, relictaque hydræ sua, sitiens esuriensque justitiam, currit, & nunciat omnibus se in venisse Fontem justitiæ: Fontemque salutis, & ad illum quoscumque sibi obvios invitavit non in viros.



2. O quam beata fuit hęc beatitudo Theresę, huic Samaritanę & puęce ejus maxime devota! Jam ab adolescentia, sitiebat justitiam & gratiam ex puęce isto securitatem, ardeat proliis desiderio. Sic enim fateatur cap. 30. vitę suę. O quam sepe mihi in memoriam venit aqua illa viva, de qua Dominus Samaritana! Magna utique devotione ad illud & evangelium favor: & vere jam ab adolescentia affectu quodam ad illud ferebat, licet necdum plenę scirem donum Dei, nec plenam illius boni notitiam adepta forem, prout modo dedit mihi Dominus. Atamen sepe rogabam Dominum, ut mihi daret de hac aqua, semperque mecum circumferebam imaginem Samaritanę cum inscriptione verborum quę ad fontem protulit: Dominus da mihi hanc aquam. Quod si jam a tenera ætate sitiebat justitiam & gratiam pro se, in ætate perfecta summo pete illam sitiebat pro omnibus animabus. Cum in Gallia damna, & maledictam illam hęcsem incremencum sinere, gravi transfixa dolore plorabam, supplicanti Domino, ut tanto malo ferret remedium, luctensque exoptissem mille vitas (sic mihi quidem videbatur) ut uni animę tantum munere succurrerem. Attendens interim me mulierem, & quidem miserandam, quę in hac re obsequium nullum Domino prestare possit: resolvi austeritatem omnem possibilem sectari cum sororibus, & occupari ex toto orationi pro his qui se impendunt in defensionem Ecclesię suę. Doctores sint, sive Prędicatores, ut sic Domino pro viribus auxiliaretur in hoc negotio, quia viosus per fidei proditores crucifigitur, nec habet locum ubi cum quiete reclinet caput suum pretiosum. Sic ergo allocutus sum confodales meas. O in Christo Sorores dilectissima, adjuro te me, ut pro hac re Dominum deprecer! In hunc enim finem hic associavit nos Dominus, hac est vocatio vestra, hoc negotium cui totę debetis incumbere. Hac sunt desideria quę hęc impleri vos opto: hęc tendant lachrymę vestre, preces, & gemitus Ira loquebatur S. Theresę sitiens conversionem animarum, sitiens & esuriens justitiam pro omnibus hominibus, patiens se interim amaro potu lachrymarum, ut aquę vivę eos Dominus pacifice dignaretur.

Theresę cap. 30. vitę suę.

Theresę in vita ejus l. 2. c. 2.

Deo. 9.

2. Reg. 2.

3. O quam beatus quoque hęc beatitudine inter antiquos Propheta Daniel, qui ideo dictus est Vir desideriorum, quia miro modo desiderabat, elaruebat, sitiebat justitiam. Ideo quoque missus est ad eum Angelus, qui dixit exauditas esse orationes ejus, suas pro conversione populi sui, & educatione & captivitate ad servendum Domino in justitia & sanctificatione.

An non & David videtur tibi sitisse justitiam, dum dicit: O si quis mihi daret potum aquę de cisterna Bethleem! Certę non materialem aquam videtur postulasse, quia illam mor profudit, & Domino libavit, sed aquam vivam desiderasse censetur, & quidem ardentissimo desiderio, de fonte illo qui exiri debebat in Bethleem, hoc est de Christo, fonte gratię & salutis, ut alibi explicavimus.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur.

Hęc est quinta Beatitudo, promptitudo scilicet quędam animi quę homo movetur ad eam patientem miserię proximi sui, ex charitatis affectu ei impendens omne quod proest auxilium & consilium. De hac dixit Sapiens: Qui pręnuus est ad misericordiam, benedicitur. Utrique benedicitur ab hominibus, benedicitur & a Deo, & gratiam pro gratia, misericordiam pro misericordia consequetur, Non enim patitur Dominus ulatenus miseris impensam misericordiam in oblivionem ire, aut irremuneratam permanere. Propterea etiam monebat filium suum Tobias: Noli avertire faciem tuam ab illo paupere: ita enim fiet ut nec a te avertatur facies Domini. Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: sexaguum dicam exiguum libenter impertiri stude. Quali dicat: Imitare oves, quę ubi plenę sunt, in certam imbrem abundantem refundunt, ut eam irrigent & fructiferam reddant. Sic tu plenus esto misericordiã, si te Deus replevit abundantia: profunde copiosum imbrem in sterilem humum, in necessitates inopum, ut etiam abundantem misericordiam refundat tibi Dominus.

5. Beatitudo.

Prout.

Tob. 4.

Multiplicem autem benedictionem consequuntur misericordes, tum in hac vita, tum in morte; tum enim post mortem.

Primo. In hac vita benedictionem & misericordiam consequuntur, quã a peccatis liberantur. Reversus enim Deus eorum misericordiam erga inopes, eos attrahit ad suam misericordiam, in partans gratiam ad pœnitendum de peccatis præteritis, & ad præcavendum a futuris. Quapropter occidere possunt cum fiducia illud Psalmistę: Misericordia ejus pręv. nescit me. Et rursus illud: Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vite meę. Opera enim misericordię dispositio sunt ad justificationem in peccatore, & pręmunio contra peccatum in pœnitente.

Quinimodõ opera misericordię & elemosynę a parentibus exercita non solum illis profunt, sed etiam toti familię, tam pro benedictione temporalis, quã pro spiritali. Quapropter S. Cyprianus illis qui se exculant ab elemosyna, quia multę eis proles sunt domi educandę, respondet, eõ plures elemosynas ab ipsis erogandas. Rationem addit, quia cum sepius peccent proles, oportet eorum peccata redimere, vel ab eis illa avertite misericordię pauperum. Oportet eos hęc erogare, ut Deus eos sanctificet, dirigat in viam rectam, statum congruum inspiret. An non propterea Job quotidię offererat, & elemosynas largiret profundebat? Si comedat, inquit ipse, excelsam solus. Si de vellerebus comedat, inquit ipse, excelsam solus.

Cypri. de clero.

Job. 1. 2. 3. 4.

Job. 1. 2. 3. 4.